

parens non existens *cir. loc.* appellat. Et licet duræ videantur, tamen revera dura est justitiæ denegatio, ita ut optimâ ratione duro nodo durus objiciendus sit cuneus, cujus interventu vis averruncetur, unicuique suum reddatur &c. id quod omnium jurium permissu fieri palam est, *l. 3. ff. de Just. & Jur. l. 1. §. 27. ff. de vi & vi arm. l. 2. C. unde vi l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. Hillig. in Donell. enucl. p. 1. l. 1. c. 7. lit. E. in fin.*

## XVII.

Hinc enim omnium animantium generi insitum est, ut se vitam & corpus defendant, *Cicer. 1. Offic. & in id provida natura, non tantum leonibus robur & celeritatem concessit, tauris cornua, apiculis aculeos, Magnif. Dn. Arumæus disput. 1. ff. thes. 1. Dn. Heider. p. m. prælect. Ethic. Sed & ejus sequax famula Ars in eundem scopum arma vi detur excogitasse. Jac. à Bruck. in tract. Ars & Mars n. 39. nam latratu canum & baculo pastoris arcendi lupi. dist. 43. in pr.*

## XVIII.

Quæ defensionis ratio lex veritatis dicitur, *c. non infert 23. qu. 3. necque scripta, aut ficta, sed nata & à DEO data, quam non didicimus, legimus, sed ex ipsâ natura hausimus, expressimus, adripuimus, ad quam non docti sed facti, non instituti sed imbuti sumus, ut si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela latronum aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediundæ salutis, uti pulchrè disertissimus Romuli nepotum pro Milon.*

## XIX.

Cui accedit vis diutinæ consuetudinis, quæ repressalias confirmavit, *argum. l. diutina 33. ff. de ll. & l. 1. & seq. C. que sit long. cons. ut ita & hoc passu earum æquitas in dubii non vocanda sit æquamentum, argum. l. prospexit. ff. qui & à quibus manumiss. Gomez. var. resolut. cap. 1. num. 9. Clar. 5. recept. sent.*

B

§. fin.